



**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Epist. I. Iac. Sadoletvs Episc. Carp. Federico Archiepiscopo Salerni, S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

finē velim: Quem tu, scilicet, huius concilij, de quo tam multi  
fērōves increbescunt, effectū aut exitum futurū putes. Nam  
h̄ res agat interfīdi, spēq; aliquā sit latum iñ auxiliū bonis mo-  
ribus & legibus, aduersis tot & tam graues, cūm diffēnſōnes in  
fide & religione, cum in communi vita corruptelas: optandum  
et omnibus nobis, & vehementer Deo supplicandum, ut bene ac  
prospēre procedat res. Ego q̄ quanquā imbecillitate valetudinis,  
& domēcīis difficilitatib; valde impeditus nullum discrimen re-  
culatum sum, quō in eo interesse conuenēt postulam. Si autē to-  
tam negotiū fuerit simulario, libentius mansurus in statione  
meā sum: neq; venturus, ybi mea opera nēminī vīlī, mihi au-  
tem ip̄i incommoda velementer futura sit. Hac ego à te, si tua  
specterā grauitas & dignitas, tanquam à patre requiro: si excellē-  
lens singulariſq; doctrina, tanquam ab eo, qui nō meus, sed o-  
mnium eccl̄ie magister possit. Hoc quidem sic existimo, si salvo of-  
ficio hei pofit decreveris, te nīhī in hac re prētermisurum eccl̄ie,  
quod ad me monendum, in frēndum q̄; pertinet: et si nulla ma-  
ior mali futura est instructio, quam exploratio iudicij ac volun-  
tatis tuae. Quod ut facere velis, deq; eo ad me scribere, magnopere  
te rogo. Ego hic in literis & libris affidius sum: neq; intelligo  
iam, quid sit aliud beatē vivere, nisi quod prædicare solebat Sol-  
lon, quotidie aliquid senectentem addiscere. Quod nos hoc me-  
bus facimus & prestantius, quod ea consecutamur addiscipulūq;  
per que ad nos cendū frēndūq; ipsum Deum spē firma ex-  
petate immortalitatis adducimur. Tu ut valeas, meq; absentem,  
quod facis, diligas, & patrocino tuo tueare à te peto. Vale. Carp.  
M.D.XXX.

## IACOBI SADOLETI EPISC.

CARPENTORACTI EPISTOLA-  
rum Lib. IIII. Epist. I.IAC. SADOLETUS EPISC. CARP. FEDE-  
RICO FREGOSIO ARCHIEPISCOPO SALERNI. S.P.D.

**P**O ST tuum ē Gallia discessum, adhuc nihil abs te ac-  
cepimus literarum. Quod mirarer eū quidem, & tecum  
**P**er quasi expofularem, si hanc tuam culpam, ac non eo  
sum eccl̄ie arbitrari, qui quas literas lūscipium perfe-  
ctentes, eas aut negligenter, aut perfida nō curant reddere. Nam  
quoniam iam aliquid scriperis, mihi persuadete nullo modo pos-  
sum Admetere enim me, cum ipsum spatium eius temporis, quod  
a me abito ad hunc diem intercessit, mensum trium iam ferē:  
in quo

in quo non scribere modò nobis, sed scriptitare etiam potissimum verò tua illa mihi nota humanitas & insigne erga me benevolentia, yetat me quicquam de officio tuo supicari, quod alter sit ac deceat. Et enim profectò memor non solum expectationis meæ, sed tuae criam promissionis: cum Lugduno confitum iam decedens Italiam versus, literas ad me manu tua dediit in quibus erat scriptum, te cùm primum in Italia constitisses, curaturum, ut de omni tuo statu fierem certior: rationemq; initurum qui & rued, & facile commeare inter nos littere possent. Ac mihi quide, cur in expectatione non parua tuarum literarum esse debeam, causa complures sunt. Primum, meus summus in te amor, qui o finit intermiti apud animum meum cogitationem tui. Quapropter etiam de salute & incolumentate tua sollicitus, omnem euenum itinerum tuorum scire valde cupio: nec i solim ut valescas, sed quid agas etiam, acturusq; sis, & quibus in locis concessurus, Roma ne, ut est nonnullorum opinio, an alibi certo aliquo in loco. Deinde de Psalmo meo augo in hercule aliquando cognoscere quid sit factum: & si haec quidem cura & cogitatio non ministrat ad te, quam ad incipium pertinet, communis enim ex illo ambobus nobis est honos: si tamen ex illo aliquis honor. Sed mea præcipua erat expectatio, quod maximè in hoc tempore meis rationibus conducebat, illum iam esse editum. Hanc spem tardam, & diffiri in tam longum tempus, sane mihi quam molestu est, et quoniamq; quemadmodum se habeat res, ex tuis literis certum cognoro. Nam si ij, quibus liber imprimentis missus est, rem forsan contemnat, neq; statuant idoneam, in qua videatur esse elaborandum, præcium isthac quidem est omne negotium sed et id mihi oportuit significari: vel enim abiecisemus de eo cura omnem, vel ad Lugduensem tuos in preffores conuerteremus. Sim est autem ut & probent materia, & in scriptione virtutum non reprehendant, quod equidem malum, permagis faciens hominum doctissimorum iudicia, quorum & copia, & gloria abundant illa ciuitas, quenam ista questo, & unde exortitur tanta cunctatio? Sed ut sit in his rebus quae ignorantur, quarum ratio certa coniici nulla potest, sic mihi permulta de hac re cogitanti, agari suspitione quæ volo licet: firmo aliquo consilio consistere non licet. Quia sollicitudine animi quiccei tum poterit, cum tu me de se omni certioriem feceris. Terru illud est, quod ego expecto a te, ut sciam, quæ, & per quos epistolas mittere tuend possum: miru enim me tenet desiderium lepini laetificandi & compellandi tuicum in praesertim iam locis a nobis factis disfunctor, omnem spem oblectacionis meæ & tecum, in literis solis reliqueris. Cuins ego dificiliter in hoc tanto regno video: per solus reliquias: hoc etiam magis quod professionem tuam propè continuo est Paulus noster conscripsit.

fecit. Is enim paternus mortis subito casu, & insperato compul-  
sus in commode, quod rem familiarem & pupilos fratres suos in-  
viceret, confunditerque res domesticas ante diem V. Cal. Ian. hinc  
et profectus, cum tu octo dieb. ipsis antecessis: cuius tamen  
reditus nunc nobis in expectatione est, extremus enim Sextilis  
et reuulsioni constitutus: quam diem intelligis appropinquare.  
Qui si tecum poruit in Italia congregi, quod quidem ipse & ma-  
xime exspectabat, & fieri posse non disfidebat, planè ab eo fueris do-  
mnibus nostris rebus edocitus. Nos literas cius non habemus  
ex ante diem X. Cal. Quintilis, neq; hoc sine aliquo animi nostri  
scrupulo. Cogit enim nos vereri pro tempore omnia, vel benevolen-  
tia, qualium ut si filius esset unicus, complectimur, vel poste-  
ritatis cogitatio, cuicunque omnem spem & rationem in illo uno re-  
ponimus: vel quod graui anni tempore, & in salubri ferè vbi que  
genitum excedit, omne corporis periculum videtur esse pertinente  
dum. Sed tamen in spe bona sumus. Tu si nos diligis, quod profe-  
cto facis, ne me patiare obsecro, tamdui in desiderio tuarū literarū  
esse. Etiam pro tua humanitate curabis, ut aliqua volumina  
ad nos libro impresso demum mittantur, quod possimus amicis  
minutula cum epistolis deferre. Vale, & ad nos quamprimum  
scribe: Bembumq; nostrum mirificum hominem, omni summa  
virtute praeditum, eundemq; coniunctissimum vtriq; nostrum,  
aliquando nactus oportunitate, meis verbis iube saluere quam-  
plurimum. Carp. Idib. Augusti, M.D.XXIX.

11.

IAC. SADOLETVS EPL. SC. CARP. FEDERICVS  
Fregosio Archiepiscopo Salerni, S.P.D.

A Cecep literas tuas, ante diem XV. Cal. Ianuarij datas: ex quā  
tibus cognoui, quanto post meā ad te perlata essent, quam  
fuerant datae: & quā te occupatio moraq; tenuisset, quō minus  
et copiebas, maturē ad nos scriberes. Ego verò cū tanto iam  
intervalle nihil abs te accepisse, neq; adeo de resollicitarer au-  
tem non parum cupiditate cognoscendi, quid tibi & rebus no-  
stris communibus contigisset (sunt enim inter nos omnia com-  
muni) cum me preferrum in ea cura & cogitatione amor erga te  
meas sumimus quieteere non fineretur: atque oī diu in expectatio-  
ne fuisse tuarū literarū: nonnullamq; ceplī admirationem  
eari caritatis. Sed tamen ut suspicar potius alia omnia, quam  
conmissionem nostrę necessitudinis vel minima ex parte im-  
minutam esse, quā vel in amore apud te, vel quā in omnibus of-  
ficiis conferuandis sive ac diligentia. Nunc cū tu & valetudi-  
nis in commode aliquandiu conflictatus, & molestissimi negotiis